

# IGNATIUS JACOBUS

DE SUPREMIS DUCIBUS ROXOLANIS

# MASSALSKI

DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Vlnensis.

Illustribus, ac Admodum Reverendis Dominis Decanis, Præpositis, Parochis, Altaristis, Commendariis, aliisque Beneficiatis, ac toti Clero Diæcesis nostræ Nobis in Christo dilecto Salutem in Domino.

**N**ihil opportunius, aut salubrius à Nobis præstari posse arbitrati sumus, quàm ut, multiplices inter curas, quæ animum Nostrum hinc inde assidue pulsant, *attenderemus Vobis, & universo gregi, in quo Nos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam DEI, (Actor: 20.)* ut penitius ea, quæ Officii Nostri sunt, introspiceremus, atq; gubernationi Domus ejus, *qui dirigit consilium Nostrum & disciplinam, (Eccl: 39.)* & sine quo labitur humana mortalitas, omne studium pro viribus interponeremus. *Et si Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in tam vastum Diæceseos imparibus licet humeris, regimen supportandum, quomodo nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem Vobis, & docerem Vos zelum disciplinæ Ecclesiasticæ maximopere promovendum, nihilominus à perficiendo opere, quod muneri Nostro ex alto commissum haud ignoramus, non cessabimus, cum lacrimis monentes unumquemq; Vestrum, (Actor: 20.)* quatenus Vos non minus in partes sollicitudinis nostræ Pastoralis, quàm in sortem Domini vocati, *DEUM virtutum, tantò ardentius in unitate Spiritus precemini, quantò magis, hac premente temporum vicissitudine, quam expertem curarum comperimus, angustius mentis nostræ constringimur; unice enim Providentiæ Divinæ, quæ in sui dispositione non fallitur, innitimur, congrua desiderii nostris auxilia præstolaturi, ut respiciat de Cælo, videat, visitet Vineam istam, perficiatq; eam, quam plantavit Dextera sua. (Psalm: 79.)* Verùm nolumus Vos ignorare Fratres, illum perfectionis Ecclesiasticæ apicem nullatenus attingi posse, nisi æquè utrumq; sit cordi vestro, nempè, *Domui suæ bene præesse, & Ecclesiæ DEI diligentiam habere. (Timot: 3.)* Hunc utiq; finem quem

quem animas fidelium lucrificandas asseveratis, nunquam consecuturi estis, ni studiosæ prælectioni mediorum, quæ sanam coordinationem rerum dicitis, totis artibus insistatis. Non alios itaq; Vos Vineæ Christi addicendos, addictosq; exoptamus operarios, quàm fructuosè commonefactos à Divo Præsule GREGORIO Nazianzeno (Serm: 16. in hæc verba adhortante: *Minimè committamus, ut rerum earum, quæ Nobis Divino munere datæ sunt, mali Æconomi, ac præposteri inveniamur.* Adspirante igitur Domino, opus perutile, intentoq; à Nobis ordini apprimè necessarium, sedulò, diligenterq; ut rei magnitudo exposcit, aggredimur; meritò existimantes, majori, quo indefessi animarum Curatores flagrant, Vestri muneris obeundi studio, plurimùm de nostris curis ademptum fore. Quamvis verò non absimili contextù, Litteras nostras Encyclicas nuper præmiserimus, copiosiore super hujusmodi statum Ecclesiarum exploraturi notitiam; ast temporum injuriæ, aut potiùs morosis nonnullorum passibus, summopere indolentes, vix aliquas luculentiores, prout ratio quæditorum postulaverat, responsiones, ad Nos pervenisse novimus. Ut demùm solidiora intentionis nostræ prorsùs obfirmatæ, jacta esse fundamenta auspicemur, ea, quæ animò præconcepimus, seriò executioni mandamus, & ne unicum jota de sequentibus articulis prætereatur, quin omni possibili indagine Nostris Ordinationibus satisfiat, præmoneamus.

- 1mo. A quo Ecclesia primitùs sit erecta? & quo annò?
- 2do. Cujus juris Patronatus sumpti originaliter, & quo ad statum præsentem?
- 3tio. Ecclesia sitne lignea? an ex muro solido? nova, an vetusta? consecrata, an tantùm benedicta?
- 4to. Litteræ Foundationis Originales penes Ecclesiam, an in Archivò Diæcesano asserventur?
- 5to. Jus Fundi sitne firmum? an controversum? & si lis contestata, de quo?
- 6to. Summæ capitales quantæ sint? in quibus Bonis originaliter inscriptæ? & si sint levatæ, an prævio consensu Loci Ordinarii?
- 7mo. Legata pia quæ sint? & in quos usus convertantur?
- 8vo. Hospitalia quantum habeant dotis? Quis numerus pauperum? an sint Provisores? an ii rationem datorum & acceptorum reddant? & cui?
- 9no. Bona Ecclesiæ si sint alienata? an recuperentur?
- 10mo. Confraternitas an sit aliqua? an legitimè instituta? Quæ ejus administratio? Quis proventus?
- 11mo. Parochus an resideat penes Ecclesiam? an in prædio? & quantum illud distet ab Ecclesia?

- 12<sup>mo</sup>. Quot obligationes Missarum in Septimanam?
- 13<sup>to</sup>. Quot Personæ capaces Sacramentorum?
- 14<sup>to</sup>. Quot sint in Parochia Catholicici? quot infideles?
- 15<sup>to</sup>. Quæ Capellæ? & in quibus Bonis?
- 16<sup>to</sup>. Ad quot milliaria limites Parochiæ distendantur?
- 17<sup>mo</sup>. Fundum Ecclesiasticum quot habeat mansos? Quæ latifundia? Quot hortos?
- 18<sup>vo</sup>. Quot prata? quotve currus Fæni?
- 19<sup>no</sup>. Quot tabernæ & molendina? & quantus fructus proveniens ab illis?
- 20<sup>mo</sup>. Quot sexagenæ frumenti ex agris proprii fundi colligatur, idq; talis, & talis in specie?
- 21<sup>mo</sup>. Quot sexagenæ Decimæ manipularis?
- 22<sup>do</sup>. Quantum Decimæ pecuniariæ, & in grano?
- 23<sup>to</sup>. Quantum census annui reemptionalis?
- 25<sup>to</sup>. Quot subditi, kmetones, Hortulani, Bojarii?
- 25<sup>to</sup>. Quantum ab illis impendatur laboris in Septimanam? quodve tributum soleat pendi, sive pecuniâ, sive filigine?
- 26<sup>to</sup>. Quot stipites mellis crudi?
- 27<sup>mo</sup>. Quot Lacus, piscinæ?
- 28<sup>vo</sup>. Quantæ silvæ? & quot lucri ab incisione earum?
- 29<sup>no</sup>. Quantum à Judæis pendatur carnis, aromatum, sævi, ceræ, &c.
- 30<sup>mo</sup>. Quantum colligitur tempore strenæ.
- 31<sup>mo</sup>. Quantum accidentis Ecclesiastici (puta) non extorti?
- 32<sup>do</sup>. Quot milliaribus Ecclesia distet à Vilna?
- 33<sup>to</sup>. Per quas Civitates, & Villas dirigantur Litteræ Vilnam?

Proindé Authoritate Nostra Ordinariâ monemus omnes Decanos, & districté præcipimus sub pænis arbitrio nostro irrogandis; quatenus quivis respectivé ad suum Decanatum, associato sibi Comparocho rei Ecclesiasticæ, ac Æconomicæ gnaro, ad quemlibet locum Plebanalem, sive Fundum Ecclesiasticum descendat, juramentum à Beneficiatis super veritate dicenda præmitti faciat, diligens scrutinium instituat, inquirat, examinet, indaget, dignoscatur, discutiat, perpendat, & fideliter juxta præexpressos articulos responsa legibili caractere conscribat, taliterq; confecta plenæ & indubitatae informationis Instrumenta, ad Nos, aut Curiam Nostram in spatio trium Mensium à data præsentium remittat. Insuper meminerint omnes & singuli, præinsertos articulos, responsionesq; ad exigentiam eorum depromendas, non tantum extendi ad Ecclesias Parochiales Matrices, verumetiam ad Filiales; ad Altarias,

rias, ad Præposituras hospitalis, & ad omnia funda Ecclesiis an-  
nexa, quarum Foundationes, dotationes, redditus, proventus, aliaq;  
quocunq; titulo obvenientia emolumenta, non minori studio exa-  
minis, dictæq; Ordinationi subijcimus. Si quis demum ex Bene-  
ficiatis, ineundas hujusmodi rationes temerè detrectaverit, subti-  
cuerit, ac minus fidele, quam rei exactitudo demandat, testimo-  
nium perhibuerit, & id per Nos ipsos visitantes, aut per Visita-  
tores à Nobis specialiter delegatos, sive alio quovis modo depre-  
hensum fuerit, sciant se tales, ultra pœnas arbitrarias à Nobis in-  
fligendas, centum Imperiales piis usibus applicandos, irremissibiliter  
perfoluturos. In quorum fidem. Datum Vilnæ in Cancellaria Cur-  
iæ Nostræ. Annò Dni 1764. Die 4ta Mensis Februarii.

**IGNATIUS** Episcopus Viln:



*Boguslaus Kononowicz Acto-  
rum Curie suæ Celsitudinis Nota-  
rius & Sigilli Secretarius, mpp.*



3

BIBLIOTEKA  
CENTRALNA  
LITWANSKA

IGNATIUS JACOBUS  
DE SUPREMIS ROXOLANIS DUCIBUS  
MASSALSKI  
DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Vilnens:

*Dilecto Nobis in Domino tam Sæculari, quàm Regula-  
ri Civitatis Vilnensis Clero Salutem.*

CUM à Sanctissimo Domino nostro CLEMENTE  
Divinâ Providentiâ Papa XIII. Breve Indulgenti-  
arum pro devotione quadraginta horarum continu-  
atarum in hac Civitate Vilnensi propè diem instituen-  
darum obtinuerimus; Statim animum nostrum ad id  
adjecimus, ut tam Sanctum pietatis exercitium, de-  
bitò ordine disponatur, quaproptèr illud in primis  
quod Romæ circâ expositionem Sanctissimi Sacra-  
menti, tempore quadraginta horarum CLEMENS  
XII. Pontifex maximus providè ordinaverat, Nos hîc  
Vilnæ publicari & amussim fervari præcipimus, cujus  
ordinationis tenor est, qui sequitur: Prosper Titu-  
li Sancti Silvestri in Capite S.R. E. Cardinalis Marefo-  
schi Sanctissimi Domini nostri CLEMENTIS Papæ  
XII. Vicarius Generalis, &c.

Cum jam diversæ factæ sint à tempore Introducti-  
onis devotionis ergà Sanctissimum Sacramentum per  
Orationem continuam quadraginta horarum diver-  
sæ ordinationes pertinentes ad decorem piæ hujus  
functionis, quatenùs hæc eadem exactiùs fervetur,  
remotò omnî abusu, expressò mandatò ejusdem San-  
ctitatis datò vivæ vocis oraculò præcipimus, ac ordi-  
namus, ut in omnibus Ecclesiis hujus almæ Civitatis  
tam Patriarchalibus, quàm Collegiatis & Parochiali-  
bus, cæterisq; omnibus Ecclesiis sive sæcularium, sive  
Regularium, quomodocunq; privilegiatis, in quibus  
fiet supradicta Oratio quadraginta horarum, fervetur

A

invio-

inviolabiliter, quod præscribitur in hac præfenti novissima instructione, sub pænis infra scriptis.

*1mò.* Super porta Ecclesiæ, in qua fiet expositio, ponatur Tabella cum signo Sanctissimi Sacramenti circumornata, ut qui transierint, animadvertant in hac Ecclesia expositionem fieri Sacramenti.

*2dò.* Sanctissimum Sacramentum exponi debet in Altari majore (exceptis Basilicis Patriarchalibus, in quibus solet exponi super alio Altari.) Cooperiatur Imago, sive statua, quæ ibi fuerit, & parietes tribunæ ac propinquiores Altari, si in iis non sint ornamenta fixa, cooperiantur connopæis, in quibus tamèn profanæ historiæ pictæ non fuerint. Super Altari non ponantur Sanctorum Reliquiæ, aut statuæ, (non excludimus tamèn Angelos, qui candelabrorum locò sint,) tanto magis non ponantur figuræ animarum purgatorii, ex quacunq; materia confectæ, quod prohibetur in omnibus particularibus etiàm expositionibus, & in iis quidèm, quæ fiunt in suffragium animarum.

*3tio.* In suprâ dicti Altaris situ eminenti locetur tabernaculum, & Thronus cum Baldachino proportionato albi coloris, & suprâ basi ponatur Corporale ad collocandum ostensorium, sive custodiam, cujus circulus cingatur radiis, nullumq; ornamentum, in facie adhibeatur, quod prospectum Sacramenti impediatur.

*4to.* Ardeant super Altari viginti saltim luminaria continuò, videlicet: sex candelæ unius libræ ceræ, à lateribus crucis, & octo candelæ in parte superiori, cum aliis quatuor à lateribus ostensorii, in cujus parte opposita nullum lumen ponatur, tandèm duo sint intortitia, seu faces funales ad minus trium librarum una. Idem numerus luminum adhibeatur etiàm nocte, postquam porta Ecclesiæ clausa fuerit, intèr quæ lumina decem saltèm sint ex cera. Vespere autèm sufficientia lumina ad evitandam confusionem, donèc portæ claudantur. Poterunt etiàm de die obscurari fene-

fenestræ propinquiores altari expositionis, quò facilius mentes fidelium in oratione recolligantur.

5<sup>to</sup>. Nemo sæcularium etiàm sacco vestitus, (a) cuiuscunq; Confraternitatis audeat circumire altare, ad emulgenda luminaria, aliudvé, quod occurrerit, faciendum, sed id fiat per Sacerdotem, aut ad minus per Clericum indutum superpelliceò, cum quo super proprium habitum, comparere debent etiàm Regulares, cuiuscunq; Religionis. Præmonemus etiàm, quod quæcunq; Persona fit & cuiuscunq; conditionis secundùm ordinem ex Decreto Sacræ Congregationis Rituum Urbis decima nona Augusti 1651. transeundo coràm expósito Sacramento utrumq; genu flectere debet. Sacerdos autèm privatam Missam celebrans, & transiens coràm dicto Altari, caput discooperiet, utròq; genu Sacramentum adoret, postquàm autèm surrexerit, iterùm caput operiet ad normam Decreti Sacræ Congregationis Urbis 7. 7bris 1638.

6<sup>to</sup>. Durante expositione antè portam Ecclesiæ (si è conspectu Altaris majoris fuerit,) tapes à dinstar veli nautici expandatur, ut ex platea à prætereuntibus Sacramentum videri non possit.

7<sup>mo</sup>. Duo Sacerdotes aut in Ordine Sacro constituti, si eorum copia habeatur, induti superpelliceò, (etiàm si sint Regulares,) genuflectant propè scamnum opertum pannò coloris rubri, aut alterius coloris, decenti tamèn sempèr non longè ab infimo altaris gradu. Nunquàm tamèn suprà genuflexoria. Orent autèm diu noctuq; per duos succedendo. Ubi autèm fuerit Confraternitas aliqua erecta, assistant duo saltèm Confratres genuflectentes antè scamnum viridè, aut aliò decenti colore opertum per vices sed extrà Presbiterium locò distanti à suprà dictis Ecclesiasticis, & orent cum omni devotione ad edificationem adstantium, voce submissâ, ne cæteris distractionis causam subministrent.

8<sup>vo</sup>. In Sacrario horologium sit saltèm arenarium

(a) ut sciri possit tempus vicis subeundæ & ad singulas horas signum dabitur campanâ majori, nedùm in die, verùm etiã in nocte.

9<sup>mò</sup>. Pridiè expositionis in serò post signum salutationis Angelicæ pullentur solemniter campanæ ad annuntiandum populo, similî modò manè, meridiè, & vesperî, durante expositionis tempore, nec non etiã antè Missam solemnem uniuscujusq; diei.

10<sup>mò</sup>. In Altari, ubi Sacramentum exponitur, nulla Missa celebretur præter duas solemnes, alteram in expositione, alteram in repositione, & in iisdem Ecclesiis iisdem duobûs diebûs præter Missam Conventualem, (si fuerit obligatio eas decantandi,) celebrentur post nonam Missæ de SSmo Sacramento Votivæ pro re gravi, (exceptis nihilominus Dominicis, quæ sint primæ, aut secundæ Classis, & Festis ejusdem Ritûs, ac feriâ quartâ Cinerum, nec non feriâ secundâ, tertiâ, & quartâ, hebdomadæ Sanctæ, in quibus cantabitur sola missa Conventualis, adjunctâ Collectâ de Sacramento, sub unica conclusione.) Quod inviolabiliter servabitur in omnibus Ecclesiis tam Sæcularium, quàm Regularium.

Die mediâ præter missam Conventualem post tertiam, debet cantari post nonam Missa votiva pro pace, aut alia, secundùm jus Sanctitatis suæ prout in tabula quadragintâ horarum fuerit expressum, aut servanda est eadem exceptio respectu dierum solemnium & respectu orationis ut paragrapho præcedenti.

Etiã in Ecclesiis non Collegiatis, ubi non est obligatio cantandi Missam Conventualem, debet cantari in hac intèr media die, Solemnis Votiva, cum iis exceptionibus, ut supra, ad aliud tamèn altare, non ad illud, ubi est expositio, nec ad illud, ubi est tabernaculum ejusdem Sanctissimi Sacramenti, idem dicendum de iis Ecclesiis, ubi adest obligatio cantandi Missam Conventualem, videlicet: ut die intèrmedia Missa solennis ad aliud altare canatur, non ad altare



5  
expositi Sacramenti. Præcipitur expressè, ut in omnibus diebus durante expositione prædictæ Missæ cantantur, cum Ministris paratis, & non aliter, etiàm in Ecclesiis Regularium non obstante quocunq; usu, aut prætexta consuetudine in contrarium.

In Missis privatis durante expositione non pulsentur campanullæ ad elevationem Hostiæ. Egredientem autem Sacerdote de Sacratio ad celebrandam Missam solitum signum detur campanullæ, exiguum tamẽ. Non celebrentur Missæ de requiem, tempore quadraginta horarum. Et Missæ de Sacramento, quæ celebrantur diebûs à Rubrica permisis, sint merè votivæ finè Gloria & Credo. In aliis Missis privatis currentibus adjungatur Oratio de Sacramento.

*11mò.* Celebrans portaturus SSmum Sacramentum in Processione, vestitu pluviali albò, nisi Missam cantaverit, cum paramentis alterius coloris, quò casu colorem Missæ retinebit. Velum tamèn supèr humerale sempèr adhibebitur, albi coloris, quotiescunq; portabitur Sacramentum, etiàm in parasceve. Paramenta autem Ministrorum ejusdem coloris erunt ac Celebrantis. Paritèr Palmium altaris, in quo fiet expositio, sempèr erit albi coloris, licèt Missa solemnis in altero colore cantabitur. Demùm Baldachinum sempèr erit albi coloris.

*12mò.* Finitâ Missâ solemni pro expositione Celebrans cum Ministris factis debitis reverentiis Sacramento, recedent ad cornu Epistolæ, longiùs ab altari, ubi depositis manipulis Sacerdos, amotâ planetâ, pluviale assumet, ponetq; in eodem loco incensum, in duo thuribula absq; benedictione, accedet cum Ministris in medium antè altare, & genibûs flexis ter incessabit SSmum Sacramentum. Sub finem processionis, (quæ incipiet antè vel post elevationem SSmi Sacramenti prout magis, aut minùs fuerit numerosa processio,) Diaconus tempore congruò, factâ debitâ reverentiâ accipiet Sacramentum, & stans erectus in

pedes, conſignabit Celebranti genu flectenti, ipſeq; immediatè genua flectet; acceptò Celebrans Sacramentò, coopertifq; manibùs extremitatibùs veli humeralis, eriget ſe, & intonatò à Cantoribus Hymnò: *Pange lingua, &c.* procedet ſub Baldachino recitando voce ſubmiſſà Pfalmos & Hymnos ſimul cum Miniſtris, qui fimbrias pluviales elevabunt.

13tò. Ad Proceſſionem conveniet, totus Clerus illius Eccleſiæ, & Crucifer veſtitus ſuperpelliceò, non verò habitu Subdiaconali. Aſſistent omninò octo Sacerdotes ſuperpelliceis induti intortitia geſtantes, hinc indè à lateribus, antè baldachinum, ſubſequentur poſtmodùm duo Acoliti cum thuribulis, qui per viam inceſſabunt Sanctiſſimum. Et durante proceſſione campanæ ſolemnitè pulſabuntur.

14tò. Proceſſio fiet intrà Eccleſiam, aut ad plùs per aream mundatìs priùs viis platearum, & clauſis portis, ac fenestris, tabernarum, officinarumq; mercatorum.

15tò. Antè Clerum procedent Confraternitates Sæcularium, ſivè ſaccò veſtiti fuerint, ſivè non, tam ipſi Confratres, quàm etiàm eorum Officiales, qui nullatenùs audeant, locum habere poſt baldachinum, ſub pænis &c.

16tò. Proceſſione ad Eccleſiam revertente cum Celebrans ad infimum gradum acceſſerit altaris majoris, Diaconus genuflexus recipiet Sacramentum à Celebrante illicò genu flexo, & velum deponente, & collocabit Diaconus Sacramentum ſupèr baſim Tro- ni, & factis debitis reverentiis ad locum ſuum revertetur. Cantores verò devotè & cum pauſa cantabunt: *Tantum èrgò, &c.* poſt hæc Celebrans eriget ſe cum Miniſtris, ponet ibi in medio incenſum in thuribulum, abſq; benedictione, & genu flexus ter incenſabit Sacramentum. Finitò hymnò non pronuntiabitur verſus: *Panem de Cælo, &c.* ſed incipient Cantores Litanias expreſſas in libro ſpecialitèr typis excuſſo pro devo-

6

devotione quadraginta horarum, cujus libri usus communis esse debet in expositione Sacramenti, etiam si expositio sit particularis. Absolutis præcibus surget Celebrans & absq; nova genuflexione cantabit manibus junctis versum: *Dominus vobiscum, &c.* cum orationibus, quibus finitis genuflexi brevem facient orationem, & postea recedent capite discooperto, dato quadraginta horis initiò.

17<sup>mo</sup>. Celebrans non debet uti sede Camerari ad normam Decreti Sacræ Congr: Rituum, sed utetur scamno, quod brachia nullatenus habere debebit, post tergale scamni ornatum esse debet coopertum pannò rubeò, aut alterius decentis coloris, in quo sedebit simul cum sacris Ministris, & animadvertant tam hi, quàm alii, qui circa divinum Ministerium occupantur, ne tempore expositi Venerabilis Sacramenti, etiàm dum particularitèr exponitur, facient aliquam reverentiam Clero, aut alteri personæ, assistenti Divinis officiis. Multò minùs uti audeant sedibus Cameralibus in eadem Ecclesia Officiales Confraternitatum, societatum, Congregationum Laicalium, sed sedebunt supèr scamno cum posttergali, absq; brachiis à lateribus & absq; usu cujuscunq; pulvinaris, & absq; gradibus, & absq; genuflexoriis. Et scamnum illud poterit operiri pannò, aut non fericis, & collocabitur omninò extrà Presbyterium in omnibus casibus sive Missæ dicti Confratres assistant, sive vesperis solemnibus, sive alicui functioni sacræ, sive Concioni, sub panis &c. Prohibetur etiàm expressè Viris & mulieribus cujuscunq; statûs & conditionis (exceptis Personis Regiis,) intrare sub quocunq; prætextu in Presbyterium, seu intrà cancellos altaris, ubi expositum est Sacramentum, cum locus ille servire debeat solis Ecclesiasticis divino Ministerio destinatis, quod etiàm fervetur, ne dum in Ecclesiis pro ordinaria expositione designatis, verùm etiàm in cæteris, ubi ex Indulto Apostolico, aut alia legitima facultate occurrerit fieri expositionem, licèt

ad breve tempus, cui provideant Superiores & Sacristiani adhibitâ reparatione, cancellorum & scammorum, si opus fuerit. Prætereà ordinamus & jubemus Rectoribus & Superioribus Sæcularibus & Regularibus, cujuscunq; Ecclesiæ, ne durante expositione jubeant portare speciem aliquam sedium in Ecclesiam, quibuscunq; personis, cujuscunq; sexûs, gradûs, & conditionis, sub pæna decem Scutorum, à Rectoribus sæcularibus solvendorum, quorum duæ partes piis usibus applicantur, tertiâ parte accusatori reservatâ. Regularibus verò sub pæna privationis vocis activæ & passivæ ad nostrum arbitrium.

1870. Non adhibeantur in Ecclesiis, ubi fuerit expositio pelbes ad recipiendam eleemosinam, nec assistant ad id Religiosi, aut alii Ecclesiastici, neq; Laici sæculares, nec discurrent per Ecclesiam Clerici, Confratres, mandatarii, aliæve personæ quæstuandi gratiâ. Tantò magis id ne audeant facere pauperes, mendici, qui decembrachiorum spatiò à porta Ecclesiæ diffiti stare debent, sub pænis in edicto separatim typis excusso contentis, id circò curæ erit Superiorum, ac Sacristianorum, executorumq; assistentium prohibere, nè intrent Ecclesiam mendici quæstuan-tes, nè distractionis occasionem fidelibus præbeant orantibus, cum Benefactores charitate præditi, possint eleemosinas impertiri etiàm extrà Ecclesiam, secundùm intentionem sanctitatis suæ expressam in ultimo edicto fidelibus prohibente, nè intrà Ecclesiam, pauperibus eleemosinas impertiantur.

1970. Animadvertendum est, ut non finiatur oratio quadraginta horarum in Ecclesia, donec in altera Ecclesia, similis devotio incipiat, & hoc servetur in omnibus Ecclesiis, etiàm Basilicis, Collegiatis, aut quocunq; modò privilegiatis.

2070. Finitâ Missâ in ordine ad reponendum Sanctissimum Sacramentum Celebrans sumet pluviale, servatò Ritu suprâ expressò in Missâ circò expositionem,

nem, & genu flectet cum Ministris antè Sacramentum in medio supèr infimo altaris gradu, ac immediatè Cantores incipient Litanias inclusivè ad versum: *Domine exaudi, &c.* Confurgensq; Celebrans, ponet incensum in thuribulum absq; benedictione, & iterùm genu flexus ter incensabit Sacramentum, fumetq; velum humerale, & factâ incensatione Diaconus cum debitis reverentiis levabit de Trono Sacramentum, & immediatè stando, porriget ad manus Celebrantis genuflexi, ipseq; Diaconus subitò genua flectet. Et cætera fient, ut supradictum est de Processione.

21<sup>mo</sup>. Finitâ Processione à Celebrante stante penès infimum altaris gradum Diaconus genuflexus recipiet Sacramentum, ergà quod Celebrans immediatè genu flectet & deponet velum humerale, Diaconus autèm collocabit Sacramentum in medio altaris supèr Corporale, ac ad locum suum revertetur. Celebrans ad versum: *Genitori, genitoq; &c.* surgens cum Ministris ponet incensum ut suprà; absq; benedictione, & incensabit Sacramentum. Tandèm Cantores intonabunt versum: *Panem de Cælo, &c.* addendo Alleluja tempore Paschalî, & per Octavam Corporis Christi. Surgens Celebrans absq; nova genuflexione, & omisso versu: *Dominus vobiscum,* sustinentibûs Ministris librum, cantabit orationem manibûs junctis, quâ finitâ genu flexus accipiet velum supèr humeros, & ascendet solus ad altare, ibiq; factis debitis reverentiis accipiet ostensorium manibûs extremitatibus vel involutis, populo benedicet, & repositò Sacramentò supèr Corporale descendetq; & genuflectet suò locò. Immediatè Diaconus, aut alter Sacerdos cum Stola factis debitis reverentiis claudet Sacramentum in tabernaculo, quod hujusmodi effectum retineri debet in altari expositionis. Hostia verò consecrata sumi debet, aut hâc ipsâ die, aut sequenti. Hòc q; modò finietur quadraginta horarum devotio.



22dò. Tempore quadraginta horarum concionari expressé prohibemus. Quibus autém placuerit post vespèras brevem aliquem sermonem facere, quò fideles excitentur ad devotionem ergà Sanctissimum Sacramentum, debent priùs licentiam & benedictionem accipere, à nobis, vel ab Episcopo nostro vices gerente, etiàm in Ecclesiis Regularium quomodo-cunq; privilegiatis & non solùm in expositione quadraginta horarum, verùm etiàm in omnibus aliis expositionibus, quæ licentia in scriptis dabitur. Ille verò, qui sermonem ejusmodi facturus est, sit saltèm Diaconus, & superpelliceò indutus quamvis regularis, absq; tamèn stola, capite discooperto, proximus altari, in quo est expositio, eumq; situm teneat, nè Auditores constringat terga vertere Sacramento.

23tò. Ecclesiæ, ubi quadraginta horæ tenebuntur, apertæ sint, donèc populus orare voluerit. Et quia hora determinari minimè poterit, tum ratione climatum, tum ratione locorum, temporumq; anni, poterit itaq; claudi porta Ecclesiæ æstivò tempore horâ tertiâ, hiemis verò tempore horâ quintâ post Solis occasum. Advertendum tamèn est, quod etiàm clausis januïs Ecclesiæ debet continuari oratio, ut dictum est numerò septimò, cum non debeat interpolari quadraginta horarum oratio, secundùm Decretum Sac: Congr: Rituum.

24tò. In omnibus Ecclesiis Urbis affigatur locò patenti tabula quadraginta horarum, ut fideles devoti possint informari.

25tò. In omnibus paritèr Sacrariis Ecclesiarum pro expositione hujusmodi determinatarum affixa sit præsens instructio, ut neminem excuset ignorantia.

26tò. Nullus Rector curatus, aut Sacrista audeat extrâ præscriptum ordinem exponere Sacramentum, sub quocunq; prætextu, consuetudine etiàm pro causa gravi, aut pro infirmis intrâ expressam licentiam, quâ obtentâ, serventur illa, quæ tempore quadraginta horarum servari debent. &c. &c. sub pænis. 27mò.

27<sup>mo</sup>. Tandem expressè præcipimus, ut omnia & singula, hic expressa inviolabiliter serventur, & ut obediatur nostro deputato, pro dirigenda quadraginta horarum devotione sub pænis, tum Magistris ceremoniarum in transgressoribus scutorum decem, locis piis applicandorum, Regularibus verò sub pæna privationis vocis activæ & passivæ, carceris, aliarumq; ad arbitrium nostrum &c. Procedeturq; rigorosius contra Superiores & Sacristas, quorum maxime interest & plus quàm aliis bonam servare regulam & curam horum habere. Datum in solita nostra Residentia hâc die 1. 7bris 1730.

Ad pleniorè autem servandorum notitiàm Decreta Sac: Congr: Rituum circa expositionem Sanctissimi Sacramenti servanda, & quæ ad ejus renovationem, ac orationes recitandas referri debent, adjunximus & sunt:

1<sup>mo</sup>. *Latinis renovatio SSmi Sacramenti debet fieri qualibet Dominicâ, non autem differri ad quindecim dies Sac: Congr: Episcop: in Ravenna ten: 5. April: 1573. ex capite promittimus 57. de Senten: ex Commun: & Clemens VIII. cit: Constitut: Sanctissimus.*

2<sup>do</sup>. Tabernaculum SSmi Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in altari majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt versis renibus ad Altare. In Parochialibus verò, & Regularibus Ecclesiis, debet regularitèr esse in altari majori tanquàm digniori; Sacra Congr: Episcop: in Lucensi 10. Febr: 1579. & in Casertana 29. Novembris 1594.

3<sup>tiò</sup>. Regulares non possunt publicè exponere Sacramentum Eucharistiæ sinè licentia Episcopi, & ex causa publica ab eodem probata, ut sæpè sæpiùs respondit. Sac: Congr: Episcop: & præsertim in Cajetana 25. 8bris 1602. & 10. Decembris 1602. apud Nicol: in floscul: verb: Eucharistia. num: 23. & Fagnan: in cap: Grave. 19. de Offic: ordin: num: 77. hîs verbis: Non liceat Regularibus etiàm in propriis Ecclesiis SS. Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum



exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario; ex causa autem privata possint, dum modo SS. Sacramentum è tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita ut ipsa Hostia videri non possit; & in Dertonen: 27. Maji 1603. & Sac: Congr: Concil: in Neapolitana 17. Augusti 1603. 1621. & Sac: Congr: Rit: 26. Februarii 1628. & ead: Sac: Rit: Congr: 22. Januarii 1701. in Firmana expositionis SS. Eucharistiæ censuit, Fratribus Minoribus de Observantia Oppidi Monleani, licere publicè adorandum exponere SS. Eucharistiæ Sacramentum, in eorum Ecclesia, singulis diebùs festivis totius anni, exceptis quadragesimalibus & Dominicis, de licentia tamèn Archiepiscopi.

Pro personis autem particularibus exponitur in ostiolo tabernaculi, aut in pyxide velata cum luminibus & assistentia. Sac: Congr: Episcop: 7. Septembris 1598. In Ecclesiis Confraternitatum non potest exponi sine expressa Ordinarii licentia; Sac: Congr: Episcop: 20. Augusti 1601. & in Papien: 2. Augusti 1652. & Sac: Congr: Rit: in Decreto generali 10. Decembris 1703. in Respons: ad 27. dub: Episcopus tamèn id eis permittere debet juxtà solitum, nisi quid relevans, adsit in contrarium. Sac: Congr: Episc: in Maceraten: 16. Martii 1646. neq; Sacramentum Eucharistiæ possunt exponere sine licentia Episcopi Dioecesani, alii quomodocunq; exempti, non habentes jurisdictionem in populum, ut declaravit Sac: Congr: Episcop: in Florentina. Jurisdictionis inter Archiepiscopum, & Episcopum Fesulanum 18. Maji 1696. referente Eminentissimo Card: Pamphilio.

4<sup>to</sup>. Sacramento Eucharistiæ publicè exposito in Missis privatis dicenda est oratio. Sacramento ordine à Rubrica præscripto. In Missis verò cantatis, & solemnibus servandum erit Decretum. Sac: Congr: Rit: 13. Febr: 1666. tenoris sequentis: Quandò exponitur Sacramentum in altari  
pro



9  
pro initio 40. horarum, vel Spiritualium exercitio-  
num, si accidat in Feflo primæ, vel fecundæ classis,  
tùm in Collegiatis, vel duæ cantentur Miffæ, una de  
Feflo, feu Dominica post tertiam, altera Votiva de  
Sacramento post nonam; vel una cantetur de die cum  
commemoratione SS. Sacramenti: In Miffis tamèn  
privatis dicta oratio de Sacramento erit omnittenda in  
Feflis primæ classis & fecundæ, prout eadem Sac:  
Congr: Rit: refpondit 2. Decembris 1684. Nám pro-  
pofitô dubiô pro parte Procuratoris Generalis Late-  
ranenfium: An in Miffa privata de Sancto duplici, vel  
femiduplici, de quo talî die fit Officium, facienda fit  
Commemoratio SS. Sacramenti expositi occasione  
40. horarum, prædiit refcriptum poffe, fed omnitten-  
dam in Feflis primæ & fecundæ classis. Tempore ex-  
pofitionis SS. Sacramenti non poffunt celebrari Mif-  
fæ de Requiem, Sac: Congr: Rit: 2. Decembris 1684.

Reliqua Gavantus cum notis Eruditiffimi Merati  
typis excuffus abundè fuppeditabit, & noviffima S.  
Congr: decreta, ubi opus fuerit, publicabuntur. Su-  
perest, ut moneamus Euchariftiæ expofitionem non  
exigi pro lucrandis Indulgentiis, vifitantibus Ecclefi-  
am conceffis, nifi in Brevi id expreffum fuerit, ut pro  
quadraginta horarum devotione. Quemadmodùm a-  
nimadvertit Benedictus XIV. Pon: Max: Tom: 2. Conft:  
5. incipiente: *Accepimus in Civitate*. Et congruum eft  
non tam frequentè exponere, fed cum majori pom-  
pa & cultu; Quæ enim fæpiùs repetuntur minori  
curâ, facilè vilefcunt. Experientia testis eft, & tot Pon-  
tificum decreta fupér hac re edita.

Quià verò funt nonnullæ, quæ specialem ordina-  
tionem noftam circa Solemnitates in Ecclefiis Ci-  
vitatibus Vilnenfis cum expofitione SSmi Sacramenti  
longâ confvetudine celebrari folitas maximè prære-  
quirunt, præfertim nè omnes Ecclefiarum hujus Ci-  
vitatibus Vilnenfis confvetudines, uno ictu convellere,

Populumq; certis pijs devotionibus aſvetum novita-  
tis ſpecie percellere videamur.

*1mo.* Inprimis permittimus in omnibus majoribus Religioſorum Ordinum Solemnitatibus, expoſitionem SSmi Sacramenti fieri poſſe, hâc tamèn lege. *2do.* ut facultatem expreſſam à Nobis, vel Officio noſtro toties, quoties, accipiant. *3to.* ut id fiat finè præjudicio Eccleſiarum, in quibus quadraginta horarum devotio peragetur, maximè ſi propinquitas loci interceſſerit. *4to.* ut expoſitô SSmô Sacramentô Panegericæ Conciones de Sanctis minimè fiant, ſed antè expoſitionem, aut illâ finitâ. *5to.* ut ubi conceſſa à Nobis fuerit prædicta expoſitio, fiat ad inſtar quadraginta horarum ſervatis omnibûs ſervandis, exceptâ horarum genuflexione & Miſſâ Motivâ de Sacramento.

*6to.* Tempore quadraginta horarum infrâ Octavas Sanctorum inſtitutorum Conciones nullatenùs fiant, in his enim cùm Prædicatoribus, tùm Populo levamen adferre propoſuimus, ac ſuperfluum prædicati-  
onum tollere frequentiam. Volumus enim rariùs at utiliùs à Concionatoribus prædicari. Breviſſimi tamèn de SSmo Sacramento ſermones initiô, vel ſub finem 40. horarum quandoq; fieri poterunt.

*7to.* Confraternitates Laicorum cum ad pietatis incrementum inſtitutæ ſint, exemplôq; cæteris fidelibus eſſe debeant, eas hortamur, ut aut propriis impenſis in Eccleſiis, quibus adnexæ ſunt, devotionem 40. horarum faltèm ſemèl in anno ſuſtineant, aut cum Rectore Eccleſiæ conveniant, portionemq; aliquam impenſarum ſuppeditent, atq; ſaccis veſtiti, diſtributis horis adſiſtant Sacramento adhibitis ab aliquibus eorum intortitiis, quæ geſtare debebunt accenſa.

*8to.* Tempore Proceſſionum, tam reſpectu initiï, aut finis 40. horarum, quàm aliarum Proceſſionum quôcunq; motivô inſtituendarum cantilenæ vulgares  
de

de Sanctis nuspiam cantentur, maximè enim decet  
 Ipsius Sancti Sanctorum laudes, qui in processione de-  
 fertur celebrare, ea proptèr aut Hymnus ille: *Jesu dulcis*  
*memoria, &c.* cantari debet, aut quod Synodi Provinci-  
 ales tolerant vulgaris Cantilena: *Twoja cześć, chwata,*  
*&c.* ut consuetudini cantandi etiàm à Populo pro-  
 cessionis tempore satisfiat, & Cantores potiùs Hy-  
 mnum intonent, quàm Sacerdos.

5to. Ut ad altare, in quo exponetur SSmum Sacra-  
 mentum, nec Missæ privatæ celebrentur, nec Com-  
 muniono Laicis detur, quandoq; enim unò eòdemq;  
 tempore accidit, ut expositò Sacramentò, sub eleva-  
 tionem Hostiæ, Sacerdos terga vertens altari Com-  
 munionem distribuat.

6to. Hyemis tempore ad quatuor quandoq; dies  
 40. horarum devotionem extendimus, ob diei brevi-  
 tatem, & ob minorem Populi concursum, id etiàm  
 æstivò tempore ordinare sæpiùs constricti scimus, ad  
 meliorem ordinem servandum in occurrentia Festo-  
 rum principalium Ordinum Religiosorum, ubi verò  
 bis continuatæ quadraginta horæ signatæ sunt, quinq;  
 passim dies destinati sunt, quaproptèr Rectoribus Ec-  
 clesiarum comittimus, ut in his convenient Rector  
 Ecclesiæ, ubi finit expositio & Rector Ecclesiæ, ubi  
 incipit, quâ horâ manè in utraq; Ecclesia Missa Voti-  
 va de Sacramento celebranda sit, quod ipsis liberum  
 tunc erit sive horâ octavâ manè, sive undecimâ, pro  
 opportunitate, & commodo, dummodò 40. horarum  
 numerus exactè impleatur.

7mo. Supplicationes & Litanias omninó volumus  
 recitari pro publica Ecclesiæ, Regni, & Dicecesis ne-  
 cessitate, ut & Missas diei intermediae.

8vo. Ut res meliori ordine procedat, & tabella sin-  
 gulis annis commodiùs ordinetur utq; novæ difficul-  
 tates, quæ circa exordia suboriri posse, facile præco-  
 gnoscimus, deputamus Illustrem Admodum Reve-  
 rendum Dominum Adalbertum Parzau Præpositum



Collegii Dicecesani, ut tabellam expositionum singulis annis novam conficiat, dubiaq; occurrence ad normam decretorum Sac: Congr: dissolvat, & ubi opus cognoverit, nostrum exquirat consilium.

Præsens Decretum nostrum in omnibus Sacrariis Ecclesiarum hujus Civitatis Vilnensis servari præcipimus, quæ pro Laicis scripta sunt vulgarem in linguam exponi & promulgari à Concionatoribus jubemus, omnia autem & singula amussim servari.

Precamur Dominum nostrum JESUM Christum, ut omnibus, qui hæc ejus Sacramenti mysteria pro majestatis Divinæ ratione dignè tractaverint & coluerint, Proximosq; ad amorem & reverentiam ergà DEUM specie cibi tectum excitaverint, promissam vitam æternam tribuat, sed & in terris se ipso, & Spiritu pietatis, unionis, ac pacis, vitæ diuturnioris incolumitate, cæterisq; suis abundè impleat benedictionibus. Ejus Sanctissimo Nomine vos Fratres meos comparticipes Mysteriorum DEI, & Ministros in visceribus æternæ JESU Christi ergà nos charitatis amplectimur & benedicimus. Datum Vilnæ Die 24. Mensis Julii 1766.

IGNATIUS Episcopus,  
*mppr.*

L.S.

Petrus Samson Toczyłowski  
J.U.D. Szæ Illmæ Celsitudinis  
Curie Notarius, *mppr.*



11

IGNACY JAKÓB  
Z WIELKICH XIAŻĄT RUSKICH  
MASSALSKI  
Z BOŻEY  
Y  
STOLICY APOSTOLSKIEY ŁASKI,  
BISKUP WILEŃSKI.

Wiernym Chrytułowym Zdrowie y Pokoy.

**G**łos zciśnionej zewsząd Oyczyzny szeroko rozchodzący się, gdy pobudza obce Narody do politowania, Synow do żalu; przeraża serce moje, o wasz los, Działki! troskliwie, wstrzymuje kroki moje od dalszey przedsięwziętey podróży, y śpieszno mię nazad do was zwraca. Wystraszony z kraju, w kilkanaście miesięcy powracający, już jey y siebie nie poznaję. Patrząc do czego ten sławny Narod przyszedł, truchleję. Tu widzę naybogatsze Prowincye rozebrane, tam gromadami Obywatelów po różnych stronach tułających się, owdzie tłum w niewoli jęczących, po całym Królestwie usypane mogiły, wszędzie ruinę, smutek, rozpacz; widzę, y jeszcze więkzych nieszczęśliwości obawiam się; gdyż już widzę nawet nieśpotwarzoną dotąd Polaków wiarę, obmierzłym Króloboystwa grzechem skalaną, ku wykonaniu którego, gdyby świętokradzkiej wyniesionej ręki Naywyższego Opatrzność nie wstrzymała była, widzę z Królem upadającym, upadłą y zniszczoną aż do Jmienia Polskę. Ale odwracam obraz tego co widzę, bo próżnie was Działki! rzewnie y wypływające z piora mego słowa zalewają się: Przyszła pora ucisku, na której dwuwieczny nasz bezrząd zarabiał, tym szkodliwszy, jak że skutków widzimy, im mniej był znany, y im mniej przez niedostatek skępionego zawsze y wszędzie oświecenia Narodowego zabiegany y odwracany. Przyszła pora, y już więcej cofnąć niemożna. Niemaż pomocy, ale jeszcze nadzieja jest. *Spera in Domino, & fac bonitatem & inhabitabit terram & pascet in divitiis ejus. Miec nadzieję w Panu y czyn dobrze, y mieszkay w ziemi, a będziesz się past bogactwy jey.* Psal. 36. *Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Wołali sprawiedliwi, a Pan wysłuchał ich, y ze wszystkich ucisków ich wybawił onych.* Ps. 33. W naypierwszą Niedzielę po otrzymanym tym liście łącząc uroczyście podziękowanie wasze do tego, które my oddajemy Bogu za zdrowy do Oyczyzny powrot; Błagać będziecie Pana na Ołtarzu wystawionego, ażeby dał Ducha Mądrości Nayjaśnieyszemu Królowi, Radzie, y Rycerstwu na Sejm 19. Apryla zgromadzić się mającym, iżby w tym tak nieszczęśliwym a razem y krytycznym czasie, troistym węzłem złączone, a ztroskaną Rzeczpospolitą wyrażające Stany, takie przed się brały środki, y to ustanowiły, coby Wiarę S. każdego w szczerulności Obywatela, y jego własność ubezpieczyło; *ut inhabitetis terram & pascamini divitiis ejus.* Zalecą więc Rządzcę Kościołów Spowiedź S. powrot szczerzy do Boga, y sprawiedliwość, ażeby wierni Chrytułowi znajdując się w stanie łaski, modlili się z ufnością uproszenia ratunku; *Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos;* y wydzwignienia z tego powszechnego utrapienia; *& ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.* Przypomnię oraz na tę intencją: czynienie dobrodziejstw y jałmużny, *fac bonitatem;* ażeby tak sprawiedliwością y dobroczynnością w oczach Pańskich znalazłszy przystęp, wszyscy wszystkie swoją troskę jemu polecili, y w nim nadzieję mieli; *Sperate in Domino.* Pan niech będzie z wami. Datt. w Warszawie R. 1773. dnia 8. Marca.

Jgnacy Biskup.



IGNACI JAKUB  
XIAZE MASSALSKI

Z BOZEY Y STOLICY APOSTOLSKIEY ŁASKI,  
BISKUP WILENSKI.

*Całemu Duchowieństwu Dyecezyi Naszey Wileńskiej, zdrowie y Pasterkie Błogosławieństwo.*



Znamy dobrze Naymilsi w Chrystusie Bracia ten istotny cel obowiazkow Urzedu Naszego, azeby powierzona Nam Trzoda, w iak nayle-  
pszym stanie, co do Religii y Obywatelstwa byla utrzymywana. Przeswiadczeni iesteśmy, ze ani lepiej, iak na ten koniec wszelkiej Na-  
szey władzy, rządu, gorliwości, starania, trudow, Zdrowia y życia, owszem Nas całych, poświęcić nie możemy, ani inaczej po-  
trafiemy zasłużyć na Jmie dobrego Pasterza, tak abyśmy mogli się cieszyć, iż znamy *Owoce nasze, y znają Nas nasze.* Y dla tego od mo-  
mentu, ktorego troskliwości Naszey jest poruczona ta nayukochana nam w Chrystusie Trzoda, nie inny aż dotąd mamy zamierzony cel  
w ofobistym czynieniu y rozrządzaniu, w naleganiu y proźbie, w karaniu y nagrodzie, w radach y namowach, w zachęceniu y prze-  
strogach, iak tylko abyśmy mieli Owczarnią Naszą y w Religii iakby lepiej ugruntowaną y w pełnieniu powinności już siebie, już społeczno-  
ści, w pośrzod ktorey żyją tyczących się ile byż może naywytworzyć, aby w was Naymilsi w Chrystusie Bracia, miała Nauczycielow  
prawdy a nie fałszu; tłumaczow Prawideł istotnych Religii a nie błobności, przykład gruntowney cnoty a nie samego tylko pozoru; wi-  
zerunek przyzwoitego pożycia y dobrego rządu, a nie kępstwa y rozrzutności; kochających Oycyznę Obywatelow; y szukających we  
wzyskim iey dobra, a nie własnego tylko interesu, słowem aby wasze słodkie przez was nią władanie, przyniosło dla niey zupełną pomy-  
ślność y uszczęśliwienie. Z tego to powodu już od dawnego czasu, zaleciliśmy wam Naymilsi w Chrystusie Bracia sporządzić y podać  
nam iak naydokładniejsze każdej w szczególności Parafii, Kościoła, Kary &c. &c. opisanie, pewni będąc że znajomość stanu Dyecezyi y  
zachowania się Duchownych, jest gruntem dobrego rządu, a frzodem naylepszym dla troskliwego Pasterza w szukaniu dobra swoiey trzo-  
dy; inaczej obawiać, by się Nam słusznie trzeba było, azeby Nasze nayświętobliwsze zamiśly, nayroztropnieysze rozrządzenia, naychwale-  
bnieysze czynności, nie były albo zupełnie bez skuteczne, y nadaremne, albo częstokroć niewczesne y szkodliwe. Iakoż tak mniemamy że  
gorliwa chęć wasza (o ktorey z ofobliwżym ukontentowaniem y pociechą serca Naszego Pasterkiego w spominamy) pomagania Nam prac  
Urzedu Naszego, okazana w skwapliwym wykonaniu, poczęści takowey woli Naszey, pewnieby dawno co do naymnieyszego punktu uczy-  
niła zadość rozrządzeniu Naszemu, gdyby mieszaiąca cały Nasz Narod burza niebyła na przeszkodzie. Jey gwałtowność y ciężkość dała  
nam poznać niepodobieństwo domagania się od was w tak okropnym czasie iak naydokładnieyszego uwiadomienia o stanie Naszey Owczar-  
ni. Przesławaliśmy zatem w dotkliwości serca Naszego na dawny czas w powzeczności tylko od was sporządzonym opifaniu. Ale gdy  
pożądana od Narodu spokojność już po części zdaie się byż przywrócona, powtornie obowiazujemy was Naymilsi w Chrystusie Bracia, y  
mocą Urzedu Naszego przykazujemy, abyście będąc zwykłe powołani do rozrządzenia Naszemu stan Dyecezyi Naszey ile być mo-  
że nayprzedzy oraz nayrzetelniey opifali, y takowe opisanie do Kancellaryi Naszey zadworney przesłali. Zeby zaś w czynieniu takowey lu-  
stracyi, żadney nie było omyłki, zamieszania, y zaniedbania, przaczony wam punkta, według ktorych ostanie Owczarni Naszey od JJ. XX.  
Dziekanow, (krorym moc na to daimy) chcemy być uwiadomieni, czyniąc im wzyskim wiadomo, że niepowolni y mniej wierni w wyko-  
naniu takowey woli Naszey, sprawiedliwie będą u Nas notowani, o lekcie wazenie, powinney rozrządzeniom Naszym powolności, y nie zgo-  
dne z Jch obowiazkami na Urzędzie zachowanie się. Datt. w Warszawie w Kancellaryi naszey Zadworney D. 15; Miesiaca Marca Roku  
Pańskiego 1775.

IGNACY XIAZE MASSALSKI  
BISKUP WILENSKI.



*Antonius Kruszeński saci celsitudini Capellanus  
Præpositus Knyszynensis.*

13

IGNACY JAKUB  
XIAZE MASSALSKI  
z BOZEY y STOLICY APOSTOLSKIEY ŁASKI  
BISKUP WILEŃSKI

*Wszystkim Wiernym Chrystusowym Dyecezyi Naszey Wileńskiej Pasterkie Błogosławieństwo.*



Odebraliśmy temi czaſy od powſzechnego Wiernych Chrystusowych Oyca y Pasterza ſzczęſliwie Kościołem Świętym rządzącego PIUSA VI. liſt okolny, który Wam naymilſze w Chrystuſie Dzieci do wiadomości podajemy. Ofnowa Jego jeſt taka: „PIUS PAPIEZ VI. Wielebny Bracie zdrowie y Apoftolſkie Błogoſławieństwo. Z miłoſcią Oycowſką, którą ku wszystkim Wiernym Chrystusowym mamy, to naybardziej zgodne być ſię zdaje, abyśmy wzgląd na ich wygody y potrzeby doczeſne mieli, przez ktoreby oni do ſtaranja ſię o Duchowne czerſtwieyſzemi ſtawać ſię mogli: Oboje to bowiem tak ſtanowiono, y układowo być powinno, aby jedno drugiemu nieprzeſzkadzało, ale wzajemnym z obydwóch ſtron pomiarkowaniem, coraz bardziej ſię nateżało. Przeto, lubo Apoftolſkiego Urzędu Naszego troſkliwość naywięcey ſię pomnożeniem czci Boſkiej y zbawieniem Duſz zatrudnia; znamy jednak to dobrze, iż wzmiankowanych rzeczy niezaniebdyując w potrzebach doczeſnych nietylko przeſzkody, jeżełi jakie ſą odwracać, ale też je możności roznemi ſpoboſkami pomagać im możemy. Wiadomo jeſt, iż BENEDYKT Papeż XIV. jeden z naymędrzych Poprzedników naſzych temi powodami pobudzony, przychylając ſię do proſb niektórych Krolow y Biſkupow pozwolił, aby Wierni Chrystuſowi wielu miał, y Dyecezyi w niektore dni Święte zachowując poſt w Wigilie do tychże Święt nakazane, y wyſłuchawſzy tylko w też dni Święte Mſzy Świętey, aby ciż Wierni Chrystuſowi kolo rzemioſł ſwoich robić, y ręcznymi pracami tak, jak w dni powszednie zabawiać ſię mogli, lecz z tego pozwolenia takie potym wynikające (jakoſmy ſię dowiedzieli) poſtrzeżono skutki, iż jedni robotą ſwą zbyt zaprzężeni przykazania ſłuchania Mſzy S. zupełnie zaniebdywali, inni zaś pretext biorąc z obowiązku zoſtawionego poſzczenia Wigilii y ſłuchania Mſzy S. w dni Święte żadną ſię pracą zatrudniać niechcąc, próżnowaniem ſię bawili.

